scontro illorum quartariorum bladi Generis, et le-
chie unius cum dimidia vini dari solitarum dicto Re-
tori de Calolzio dare, et solvere Curato instituendo
et approbando ut supra) libras centum octuaginta
Imperiales) singulo anno ultra alias preheminentias
parochialibus Ecclesijs debitas si que debebuntur, et
ulterius etiam dictam parochialem Ecclesiam semper
et omni tempore reparare, et de omnibus alijs eidem
Ecclesie necessarijs providere.

Cumque prefatus Ill.mus Card.lis de premissis Colloquium
et tractatum habuerit cum D.no Presbitero Bernardino
de Bolijs rectore parochialis Ecclesie Sancti Martini
de Calolzio qui non negavit quin exposita per ipsos de
Somasca non sint vera, et propterea pro consulendo eo-
rum animabus, et indemnitati contentatus fuerit quod
dicta dismembratio, et separatio fiat prout ex parte dicto-
rum hominum petebatur, modo tamen ipse D. Presbyter
Bernardinus rector ut supra ab ipso Curato in dicto loco
de Somasca eligendo ut supra relevetur, et exgravetur
pro rata, et contingenti portione omnium, et quarumcumque
decimarum, et aliorum onerum imponendorum, et que
pati possent per eam occasione redditus dicte Ecclesie
de Somascha. quo ipse D.nus Presbyter predictus remanet
ut supra, et modo etiam fructus et redditus anni pre-
teriti in festo Sancti Martini proxime preterito sint in bo-
ipsius Domini Presbiteri Bernardini, et prout patet ex ipsa

cu